

In nomine domini nostri ihesu christi Anno incarnationis eiusdem Millesimo centesimo nonodecimo Mense Augusti indictione duodecima. Ego Emma comitissa Rogerii comitis filia Civitatis Severiane domina. una cum filio meo domino Rogerio machabeo dum resideremus apud castrum civitatis nostre sancte trinitatis veniens ante presentiam nostram frater hugo preceptor sacre domus hospitalis Sancti Iohannis iherosolomitani humiliter rogavit ac supplicavit ut per dei misericordiam et peregrinorum alentium ei terras sibi adiacentia super flumen basenti in confines casalis Avinelle pro laborandum deberemus tribuere. Nos vero eius supplicationibus inclinati humiliter et devote petitioni eius voluimus satisfacere voluntati invenimus tandem quod medietatem predictarum terrarum quas a nobis petebat pro indiviso pertinebant monasterio sancti michaelis ex donatione quam sibi fecimus de medietate totius redditus sancte trinitatis. Tunc accersiri fecimus dopnum Guarinum venerabilem abbatem predicti monasterii ante presentiam nostram et rogavimus eum ut intuitu dei amoris et nostri precaminis interventu terras predictas quas prefato monasterio pertinebant predicto fratri ob reverentiam predicte domus hospitalis tribueret ita tamen quod prenominatum monasterium voluimus ut nullo modo patiatum aliquod detrimentum immo voluimus quod cambium habeat in equivalenti melioratione. Tandem prenominatus vero abbas circumfultus consilio posuit se in manibus nostris et dixit quod paratus erat facere quicquid placuerat voluntati nostre. Tunc vocari fecimus dopnum Gaudium venerabilem abbatem sancte marie de pestitio et hos magnates nostros videlicet dominum

Nel nome del Signore nostro Gesù Cristo, nell'anno millesimo centesimo decimo nono della sua incarnazione, nel mese di agosto, dodicesima indizione. Io contessa Emma, figlia del conte Ruggiero, signora della città **Severiane**, insieme con mio figlio domino Ruggiero **machabeo** mentre risiedevamo presso il castro della nostra città di **sancte trinitatis**, venendo in nostra presenza frate Ugone, rettore del sacro hospitale di San Giovanni **iherosolomitani**, umilmente chiese e supplicò che per la misericordia di Dio e per nutrire gli ospiti, donassimo a quello per lavorarle le terre ad esso adiacenti sopra il fiume **basenti** nei confini del casale di **Avinelle**. Noi invero ben disposti nei confronti delle sue suppliche, volendo soddisfare con desiderio alle sue umili e devote richieste, trovammo tuttavia che la metà delle predette terre che ci chiedeva, appartenevano indivise al monastero di san Michele per donazione che allo stesso facemmo di metà di tutto il reddito di **sancte trinitatis**. Allora facemmo venire in presenza nostra domino Guarino, venerabile abbate del predetto monastero, e lo pregammo che per visione dell'amore di Dio e per intervento della nostra preghiera, desse al predetto frate per riguardo del suddetto hospitale le anzidette terre che appartenevano al predetto monastero, in modo tuttavia che il prenominato monastero non volevamo che per niente modo soffrisse alcun danno, per certo volendo che in cambio avesse in più del bene equivalente. Tuttavia invero l'anzidetto abbate con ferma decisione si pose nelle nostre mani e disse che era pronto a fare qualsiasi cosa piacesse alla nostra volontà. Allora facemmo chiamare domino Gaudio venerabile abbate di santa Maria di **pestitio** e questi nostri potenti, vale a dire domino Arnaldo, figlio di Isimbardo, domino

Arnaldum et Simbardi filium dominum Robertum sancti Iuliani dominum Goffridum puliniani aliisque subscriptis testibus ydoneis. et in presentia nostra et predictorum testium dopnus Guarinus venerabilis abbas optulit immo et tradidit per sacrum evangeliorum librum terras prenominatas. videlicet medietatem quam dictum monasterium habebat pro indiviso nobiscum et dedit in manu fratris hugonis predicti recipiente pro parte supradicte domus hospitalis ut nullo adveniente tempore nec ipse abbas nec etiam successores sui predictam traditionem infringerent vel evacuarent set omni futuro tempore firmam et ratam haberent. Fines vero predictarum terrarum sunt hii. Primus finis est ab area landonis que est subter limes casalis avinelle ab ipso limite sicut descendit recte per menaiolam et vadit in flumen basenti. Secundus finis est sicut descendit aqua basenti usque ad arborem cruce signatum. Ego vero supradicta Emma Comitissa una cum predicto filio meo coram predictis testibus obtuli et tradidi per sanctum evangeliorum librum in manibus predicti dopni Guarini venerabilis abbatis monasterii supradicti terras que sunt iuxta flumen bradani et in concambium dedimus eidem quas terras tenebamus cum predicto monasterio medietatem videlicet quam nos habebamus donavimos sibi. Cuius fines hii sunt. primus finis est a subter rotella et ferit recte ad viam que est subter mense imperatoris ex parte austri ubi est alius finis ecclesie sancti salvatoris. secundus finis est sicut descendit ab ipso loco et vadit recte per limitem qui est subter mense imperatoris. et vadit recte usque ad mare et ad noscendum predictum limitem fecimus infringere petras magnas signatas merco monasterii supradicti. Tertius finis est sicut ascendit aqua bradani usque ad vadum lucturii ab ipso vero vado ferit recte ad predictam rotellam infra hos

Roberto di **sancti Iuliani**, domino Goffredo di **puliniani** e gli altri sottoscritti idonei testimoni, e in presenza nostra e dei predetti testimoni domino Guarino venerabile abbate per certo offrì e consegnò per il sacro libro dei vangeli le terre prenominate, cioè la metà che il detto monastero aveva come indiviso con noi, e le diede nelle mani del predetto frate Ugone, che le ricevette per la parte dell'anzidetto hospitale affinché in nessun tempo né lo stesso abbate e neppure i suoi successori violassero o sminuissero la predetta consegna ma in ogni futuro tempo la avessero ferma e solida. Invero i confini delle predette terre sono questi. Il primo confine é dall'aia di Landone che é sotto il confine del casale di **avinelle** dallo stesso confine come scende direttamente **per menaiolam** e va al fiume **basenti**. Il secondo confine é come discende l'acqua del **basenti** fino all'albero contrassegnato con una croce. Invero io suddetta contessa Emma insieme con il predetto figlio mio, davanti ai predetti testimoni ho offerto e consegnato per il santo libro dei vangeli nelle mani del predetto domino Guarino venerabile abbate del monastero anzidetto le terre che sono vicino al fiume **bradani** e le abbiamo dato a lui in cambio delle terre che tenevamo con il predetto monastero a metà, cioè che noi avevamo donato a esso. Di cui i confini questi sono. Il primo confine é sotto la piccola ruota e porta direttamente alla via che é sotto la tomba **imperatoris** dalla parte di oriente dove é l'altro confine della chiesa del santo Salvatore. Il secondo confine é come scende dallo stesso luogo e va direttamente per il sentiero che é sotto la tomba **imperatoris** e va direttamente fino al mare e per far conoscere il predetto limite facemmo infiggere grandi pietre contrassegnate con il marchio del predetto monastero. Il terzo confine é come sale l'acqua del **bradani** fino al guado **lucturii** e invero dal guado porta direttamente alla predetta piccola ruota. Altresì entro questi

autem fines de terris supradictis sicut continet de fine in finibus obtulimus et tradidimus eidem predicto abbati et suis successoribus et prenominato monasterio sancti michaelis ad habendum dominandum possidendum et faciendum de eis sicut placuerit voluntati eorum et nullo adveniente tempore neque nos neque successores nostri aut heredes contra donationem ipsam retro venire set semper firmam et stabilem omni futuro tempore habituram. Et pro melioratione ipsarum terrarum dedimus prenominato abbati et prefato monasterio textum evangeliorum cohoptum de argento et deauratum per totum. Et fratri hugoni predicto precepimus ut omni anno in festo sancti michaelis in mense madii deberet visitare monasteriam supradictam videlicet in duobus iuencis aut unum pultrum equinum. et ipse prenominatus frater hugo obligavit se sollepniter pro parte dicte domus hospitalis et successores suos coram nobis et coram ipsis testibus ad manus predicti abbatis de visitando predictum monasterium ut est dictum. et si nollent facere datio ipsa non teneat set in primo statu omnia redigantur obligando etiam se et successores suos ut si contravenerint nos et heredes nostri seu successores habeamus potestatem revocandi donationem ipsam factam eidem hospitali et capiendi terras predictas ad opus nostrum et monasterii supradicti si idem frater hugo et succesores sui non visitaverint predictum monasterium cum duobus invencis vel unum pultrum equinum ut est dictum et dictus abbas seu successores sui non sint destituti a nobis vel heredibus nostris sive successoribus neque spoliati umquam donatione quam sibi fecimus de terris predictis. Et ad maiorem securitatem dicti abbatis idem frater hugo ostendit nobis et in publico fecit legere quasdam litteras apertas sigillatas sigillo prioris et conventus sacre domus hospitalis quibus

predetta piccola ruota. Altresì entro questi confini delle terre sopraddette come é contenuto di confine in confine, abbiamo offerto e consegnato allo stesso anzidetto abbate e ai suoi successori e al prenominato monastero di san Michele affinché ciò abbiano, dominino, possiedano e ne facciano come piacerà alla loro volontà e in nessun tempo futuro né noi né i nostri successori o eredi ritorneremo contro la stessa donazione ma sempre in ogni tempo futura la avremo ferma e stabile. E come sovrappiù delle stesse terre abbiamo dato al prenominato abbate e al predetto monastero un libro dei vangeli coperto di argento e dappertutto dorato. E al predetto frate Ugone comandammo che ogni anno nella festa di san Michele nel mese di maggio doveva visitare il sopraddetto monastero con due giovenche o un puledro e il predetto frate Ugone prese obbligo solennemente per la parte del detto hospitale e per i suoi successori, davanti a noi e davanti ai testimoni, nelle mani del predetto abbate di visitare il predetto monastero come é stato detto. E se non volessero fare ciò, la donazione non sia valida ma tutte le cose ritornino nel primo stato, obbligando anche sé e i suoi successori che se avessero trasgredito, noi e i nostri eredi e successori abbiamo la facoltà di revocare la donazione fatta allo stesso hospitale e di prendere le terre predette per i compiti nostri e dell'anzidetto monastero se lo stesso frate Ugone e i suoi successori non visitassero il predetto monastero con due giovenche o un puledro come é stato detto. E il detto abbate e i suoi successori non siano mai privati da noi o dai nostri eredi o successori né spogliati della donazione che allo stesso abbiamo fatto delle predette terre. E per maggiore sicurezza del predetto abbate l'omonimo frate Ugone mostrò a noi e fece leggere in pubblico alcune lettere aperte dotate di sigillo con il sigillo del priore e del convento del sacro hospitale con cui si

commictebatur et mandabatur eidem fratri hugoni quod posset obligare se et successores suos ac predictam domum hospitalis ad omnia supradicta. et tam nos quam predicti testes vidimus predictas litteras et cognovimus sigillum dicti prioris et conventus. Ad huius autem rei memoriam et predicti monasterii cautelam presens instrumentum inde fieri fecimus et alium consimilem etiam precepimus fieri pro parte predictae domus hospitalis per manus iuliani notarii qui interfuit anno mense et indictione pretitulatis et tipario domini viri nostri in plumbo bullari fecimus et signum sancte crucis propriis manibus subsignavimus.

✘ Signum manus domine Emme Comitisse prescripte Comitis Rogerii filie.

✘ Signum manus domini Rogerii machabei prescripte comitisse filii.

✘ Signum manus Arnaldi isimbardei filii.

✘ Signum manus Roberti sancti Iuliani.

✘ Signum manus Goffridi puliniani.

✘ Ego Gaudius abbas sancte marie pesticii interfui.

✘ Signum manus osmundi severiane.

✘ Signum manus domini Roberti barrati predictae comitisse comestabularii.

✘ MARALDIZJ IUDEX QUI SUPRA ADVOCATUS.

demandava e comandava allo stesso frate Ugone che poteva prendere obbligo per sé e per i suoi successori e per l'anzidetto hospitale a tutte le cose anzidette e sia noi che i predetti testimoni vedemmo le predette lettere e riconoscemmo il sigillo del detto priore e del convento. Di poi a memoria di ciò e a tutela del predetto monastero facemmo fare il presente documento e comandammo anche di fare un altro simile per la parte del predetto hospitale per mano del notaio Giuliano che diede assistenza nell'anno, nel mese e nell'indizione prima indicati e facemmo bollare in piombo con il sigillo dell'uomo nostro signore e sottoscrivemmo il segno della santa Croce con le *nostre* proprie mani.

✘ Segno della mano di domina Emma contessa, figlia del predetto conte Ruggiero.

✘ Segno della mano di domino Ruggiero **machabei**, figlio della predetta contessa.

✘ Segno della mano di Arnaldo, figlio di Isimbardo.

✘ Segno della mano di Roberto di **sancti Iuliani**.

✘ Segno della mano di Goffredo **puliniani**.

✘ Io Gaudio, abate di santa Maria di **pesticii**, fui presente.

✘ Segno della mano di Osmundo **severiane**.

✘ Segno della mano di domino Roberto **barrati**, comestabile della predetta contessa.

✘ Il giudice Maraldo, suddetto avvocato.